

**Certificazione di latino 09/05/2018**

**Livello B1**

**Testo**

**Sallustio, *Bellum Iugurthinum* 85, 13-25**

1 [13]Comparete nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. Quae  
2 illi audire aut legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi; quae illi  
3 litteris, ea ego militando didici. [14]Nunc vos existimate, facta an dicta pluris  
4 sint. Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam; mihi fortuna, illis  
5 probra obiectantur. [15]Quamquam ego naturam unam et communem omnium  
6 existimo, sed fortissimum quemque generosissimum. [16]Ac si iam ex patribus  
7 Albini aut Bestiae quaeri posset, mense an illos ex se gigni maluerint, quid  
8 responsuros creditis nisi sese liberos quam optimos voluisse? [17]Quod si iure  
9 me despiciunt, faciant item maioribus suis, quibus, ut mihi, ex virtute nobilitas  
10 coepit. [18]Invident honori meo: ergo invideant labori, innocentiae, periculis  
11 etiam meis, quoniam per haec illum cepi. [19]Verum homines corrupti superbia  
12 ita aetatem agunt, quasi vestros honores contemnant; ita hos petunt, quasi  
13 honeste vixerint. [20]Ne illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter expectant,  
14 ignaviae voluptatem et praemia virtutis. [21]Atque etiam, cum apud vos aut in  
15 senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt: eorum fortia  
16 facta memorando clariores sese putant. [22]Quod contra est. Nam quanto vita  
17 illorum praeclarior, tanto horum socordia flagitiosior. [23]Et profecto ita se res  
18 habet: maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona neque mala eorum  
19 in occulto patitur. [24]Huiusce rei ego inopiam fateor, Quirites, verum, id quod  
20 multo praeclarius est, meamet facta mihi dicere licet. [25]Nunc videte, quam  
21 iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt,  
22 scilicet quia imagines non habeo et quia mihi nova nobilitas est, quam certe  
23 peperisse melius est quam acceptam corrupisse.

↑  
**Comprensione**

Tradurre e dare un titolo al brano.

**Analisi morfosintattica**

1. r. 2. Che tipo di verbo è *solent*? Quali sono gli altri con le stesse caratteristiche?  
.....  
.....  
.....
2. r. 3-4 Che tipo di proposizione è *facta an dicta pluris sint*?  
.....  
.....  
.....
3. r. 6 Quale particolarità dell'uso del superlativo evidenzia il costrutto *fortissimum quemque generosissimum*, e perché il sintagma è ellittico?  
.....  
.....  
.....
4. r. 7 Che tipo di proposizione è introdotta da *mene an*?  
.....  
.....  
.....
5. r. 9 Analizza la forma *faciant*. Che valore ha in questo contesto?  
.....  
.....  
.....
6. r. 16 Analizza la forma *memorando*. Quale funzione ha?  
.....  
.....  
.....
7. r. 21 Spiega in cosa consiste la prolessi usando l'esempio di *quod ex aliena... arrogant*.  
.....  
.....  
.....